



## Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

185. Parabola vigesima octava, Duorum filiorum, unius pœnitentis & patri obedientis, alterius fingentis se obedire.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



cuniam meam ad mensam, & ego veniens  
cum usuris utique exegissem illam? *Luc. 19.*  
*¶. 22. & 23.*

III. Et adstantibus dixit: Auferte ab illo  
mnam, & date illi, qui decem mnas habet.  
Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas,  
*Luc. 19. ¶. 24. & 25.*

IV. Dico autem vobis, quia: omni ha-  
benti dabitur, & abundabit: ab eo autem,  
qui non habet, & quod habet, auferetur ab  
eo. *Luc. 19. Vers. 26.*

## MEDITATIO CLXXXV.

*Parabola XXVIII. Duorum filiorum,*  
*unius poenitentis & patri obedientis, alte-*  
*rius fingentis se obedire.*

I. **H**omo quidam habebat duos filios, &  
accedens ad primum, dixit: Fili, vade  
hodie, operare in vinea mea. Ille autem, re-  
spondens, ait: Nolo. Postea autem poeni-  
tentiâ motus, abiit. *Matth. 21. ¶. 28. & 29.*

II. Accedens autem ad alterum, dixit  
similiter. At ille respondens, ait: Eo, domi-  
ne. Et non ivit. Quis ex duobus fecit vo-  
luntatem patris? Dicunt ei: Primus. *Mat-*  
*thaei 21. ¶. 30. 31.*

III. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis,  
quia publicani, & meretrices praecedent vos.

H.

in.



in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei. *Matth. 21. v. 31. & 32.*

## MEDITATIO CLXXXVI.

*Parabola XXIX. Locata vinea, cuius conductores occiderunt heri servos & filium.*

**I.** Aliam parabolam audite. *Matth. 21. v. 33.* Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. *Luc. 20. v. 9.* Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. *Matth. 21. v. 33. Marc. 12. v. 1.* Et ipse peregre fuit multis temporibus. *Luc. 20. v. 9.*

**II.** Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, *Matth. 21. v. 34.* misit ad agricolas servum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ. *Marc. 12. v. 2.* Vt de fructu vineæ darent illi. *Luc. 20. v. 10.* Qui apprehensum eum ceciderunt. *Marc. 12. v. 3.* Qui cæsum dimiserunt eum inanem: *Luc. 20. v. 10. vacuum. Marc. 12. v. 3.*

**III.** Et